

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia s  
cum fonte primo

Precogitati mali mollis ictus uenit; ideo  
stultis fortune credentibus omnis  
uidetur noua rerum et inopinata facies.

Sapiens autem assuescit futuris malis, et  
que alii diu paciendo leuia faciunt, hic  
leuia facit diu cogitando.

Seneca LXXVII. epistola.

Praecogitati mali mollis ictus venit. At  
stultis et fortunae credentibus omnis  
uidetur noua rerum et inopinata facies;  
magna autem pars est apud imperitos  
mali novitas. Hoc ut scias, ea quae  
putauerant aspera fortius, cum  
adsuevere, patiuntur. Ideo  
sapiens adsuescit futuris malis, et  
quae alii diu paciendo leuia faciunt hic  
leuia facit diu cogitando.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 76, 34-35 (L.  
Reynolds ed., vol.1, p.244, ll.13-19).